UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO || Mechliniensi Au/||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

Αντι.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69674

Visual Library

Quandoq; ſignificat contra, οὐδὲν παρὰ
τοῦ Θεοῦ ὁ δίκαιος πράττεται, nihil contra le
gem Dei agit iuſtus. Aut poſt, παρὰ τὰ
δεινὰ φρονιμώτερος, poſt mala prudētior.

Dicitur etiam aduerbialiter, παρ' οὐδὲν,
παραμικρὸν, fermè, pro nihilo. παρ' ὅσον, uel
παρ' ὅσα, quatenus, quoniam. Pro quo
etiam quandoq; capitur παρ' ὅ.

Item, παρὰ πολὺ, nunc capitur pro mul
to ſeu plurimo, nunc pro modico: ſic, ut
παρὰ πολὺ dicatur, quaſi ἐκτὸς πολλοῦ, ut πα
ρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος ἐποίησα, minus quàm
ſpes erat feci. Sic παρὰ τοσοῦτον, modo ca
pitur pro tantum, ſiue tam multum: mo
do pro tantulum, ſiue tam parum.

ἈΝΤῚ.

Ἀντὶ ſemper conſtruitur genitiuis,
& ſignificat pro, ſeu contrà. ἀντὶ σοῦ, con
trà, ſeu pro te. ἀντὶ σώματος σκιὰ, pro cor
pore umbra. ἀντὶ λέοντος μῦν, pro leone
murē. ἀντὶ κυνὸς σῦν, pro cane ſuem. ἀνθ'
Ἑρμίονος, Hermionis uice. Dicunt etiam
ἀνθ' ἡμέρας, per totum diem.

Aduerbialiter etiā dicūt ἀνθ' ὧν, quā
obrem,

obrem, quare. Significat etiã, eò quod, propterea quod. Lucian. ἀπόδος ἀνθ' ὧν σε διεπορθμεύσάμην, redde pro eo quod te tranſuexi. ἀνθ' ὅτου, idem eſt, quod ἀνθ' ὧν, licet habeat uocem ſingularem. οὐκ οἶδ' ἀνθ' ὅτου, neſcio quamobrem: ſicut Latinis pro eodem ſumunt, quamobrem, & quasobres, licet unũ habeat uocem ſingularem, alterum pluralem.

ἘΠῚ CVM GENITIVO.

Ἐπὶ cum genitiuo, in uel circa. βοῦς ἐπὶ γλώττης, bos in lingua. ἐπὶ καλάμης ἀροῦν, in culmo arare. ἐπὶ ῥιπὸς διαπλεῦσαι, in uimine nauigare. ἐφ' ἑαυτοῦ, ſecum, ipſe ſolus. Aut ſuper, ἐπὶ καθέδρας Μωσέως, ſuper cathedram Moſeos. ἐπὶ βύρσης ἐκαθέζετο, ſuper tergus bouis deſidebat. ἐπὶ ἄκρων δακτύλων, ſuper ſummos pedũ articulos. Aut tempus, ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, temporibus noſtris, & temporibus maiorum noſtrorũ. ἐπὶ τοῦ Κρόνου, temporibus Saturni. Capitur etiã aduerbialiter, ἐπ' ἄλλων, aliâs, Cum datiuo ſignificat propter, ἐπὶ τό-